



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Impedimentum cognitionis spiritualis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

gradus, intellige distantiam maiorem vel minorem
personæ ab alia. Linea duplex est, recta, & collateralis
transversa. *Ibid. n. 4 & 5.*

72. Invalidum est saltem jure Ecclesiastico, matrimonium
celebratum inter personas consanguineas iusta quantum gra-
dum inclusivè, tam in linea recta, quam in linea transversa.
Item matrimonium celebratum in linea recta consanguineo-
tis, invalidum est jure naturæ, in primo tantum gradu. *Ibid.*
num. 7. & 8.

73. Validum est matrimonium contractum ab infidelibus
in secundo, tertio, & quarto gradu consanguinitatis; cum
fideles non afficiantur impedimentis jure Ecclesiastico
ductis, & matrimonium in illis gradibus non sit irritum jure
naturæ. *Ibid. num. 9.*

74. Matrimonium contractum à fidelibus consanguineo-
in linea recta, extra quartum gradum, validum est. *Ibid.*
num. 10.

75. In primo gradu lineæ transversæ, nempe inter fratrem
& sororem, invalidum est matrimonium jure naturæ; & si un
Papa dispensare potest ut matrimonium celebretur cum filia
fratris aut sororis qui sunt in secundo gradu, ita potest dispen-
sare in tertio & quarto: nam in his gradibus matrimonium
non est irritum jure naturæ. *Ibid. n. 12 & 13.*

Impedimentum cognationis spiritualis.

76. Cognatio spiritualis est propinquitas, seu attinens
quarundam personarum ex statuto Ecclesiæ consurgens pro-
pter collationem Baptismi, aut Confirmationis, & propter le-
sionem recipientis hæc sacramenta. Cognatio spiritualis
in Baptismo contrahitur inter baptizantem & baptizatum, in-
ter suscepторem & baptizatum, inter baptizantem & patrem
ac matrem naturalem baptizandi, & inter susceptores & pa-
trem ac matrem baptizati, dirimitq; matrimonium jure Eccle-
siastico, non vero inter ipsos susceptores. *Ib. §. 2. n. 1. 2 & 4.*

77. Ad contrahendam cognationem in Baptismo, vela
Confirmatione requiritur ut teneatur infans in Baptismo, so-
lemni, ut puer suscipiatur quando primo baptizatur, ut adhuc
intentio tacita vel expressa præstandi munus patrini, ut non
ad sit error personæ, ut baptizans aut suscipiens sit baptizatus
quare infidelis nullam contrahit cognationem: deinde ut co-

p. 2.

pater & commater suscipiant puerum de manibus baptizantibus
statim ac baptizatus est, & si commater suscipiat tantummo-
dum infantem de manibus compatriis, non contrahit cognatio-
nem, eo quod non dicatur suscipere de Baptismo, seu de fa-
cio fonte. Denique requiritur contactus, ita ut susciens, seu
tegens, verè dicatur suscipere, seu tenere. *Ibid. num. 8. & seq.*

78. Puer cujuscumque ætatis potest esse legitimus susce-
pior, modò usu rationis gaudeat. Si militer hæreticus & reli-
gioius possunt suscipere alios in Baptismo, est tamen prohibi-
tum religiosis *Ib. n. 17. 22. &c. 23.*

79. Dubitatur, quinam contrahant cognitionem, quando
plures tangunt puerum in Baptismo? Respond. si omnes, eti-
am non designati, tangunt simul, omnes contrahunt cognationem; si successive, tantum primum, vel prima mulier tan-
gens contrahit. Quando plures designati sunt à parentibus,
sed Parochus admittit unum tantum & unam, cognitione con-
trahitur tantummodo ab admissis à Parocco: secus dicendum
quando parentes designarunt tantum duos, sed Parochus ad-
mittit plures ad suscipiendum, non enim ad illum pertinet de-
signare, quando parentes designarunt; quando vero non desi-
gnarunt, tunc designati à Parocco contrahunt cognitionem.
Ille ergo qui tangit baptizatum non designatus à parentibus
vel saltē à Parocco, non contrahit cognitionem.
ali designati. *Ibid. n. 24. &c. seq.*

80. In Baptismo abbiberi possunt duo patrini, masculus &
femina, in Confirmatione vero unus tantum, estque pecca-
tum mortale admittere plures: neque Episcopus dispensare
potest, ut duo viri, aut duceminae simul suscipiant infantem
in Baptismo. *Ib. n. 31. &c. seq.*

81. Quando aliquis mittit procuratorem ad suscipiendum
infanciem, mittens contrahit cognitionem, non autem procu-
rator. *Ibid. n. 34.*

Impedimentum cognitionis legalis.

82. Cognitione legalis est propinquitas quarundam perso-
narum, consurgens ex adoptione: adoptio vero est legitima
assumptio extraneæ personæ in filium vel nepotem, &c. vel in
filiam, &c. Adoptans debet esse sui juris, & major 25. annis,
nec debet esse femina, (qua adoptare non potest absque pri-
vilegio,) ut non sit impotens, ex defectu naturali, ut tam pro-
vedat